

404.

1253.

Söderköping.

SVANTEPOLKS Salubref på en qvarntomt och qvarnväg till borgaren GÖTULF RYSS i Söderköping.

A. 6. a. 1. 2.

Vniuersis christi fidelibus tam natis quam adhuc generandis ad quos presens scriptum peruenerit. dominus swantapulche salutem. & pacem jn domino sempiternam. Licet jn homine vis memorandj naturaliter vigeat. mens tamen hominis. memor omnium esse non poterit. eorum que per sensus recipit corporales. Vnde ne facta preterita. a presentibus simul & a posteris ignorentur ad cautelam jn scripto multociens reseruantur. Hinc est quod vestre dilectioni presentibus litteris manifesto. quod nos domino gotulfo ru-teno ciuj suthercopensj aream siue fundum. XXIII. ulnarum spacij habentem. ad molandinum edificandum. & uiam ueniendi & recedendi ad ipsum molandinum molere volentibus. sine omnj exactionis siue tributi genere pro molandini cuiusdam dimdietate. quod ipse possidebat cum filijs suis uendidimus. condicione talj apposita. ut tam ipse quam heredes ipsius. predictum molandinum hereditario iure. in tempus reliquum libere valeant possidere. Vt igitur tam apud futuros quam presentes. hec uendicio roboris habeat firmitatem. et ipse cum suis heredibus. possit emptam aream a nobis. sine molestia possidere. presens scriptum jn defensionem jpsius suorumque. sigilli nostri munimine roboramus. Acta sunt hec jn suthercopia anno dominj. M°.CC°.L. III°. vbi multj presentes de parochia sanctj laurencij exstiterunt. Valet jn domino.

Sigillen: N:o 1. något skadadt, N:o 2 mera skadadt.

405.

1253 d. 13 Febr.

Walby.

Ärke-Biskopens och 4 Biskopars Stadfästelse på ett jordabyte emellan BIRGER JARL och Gudhems kloster.

A. 3. å. 2: 4, 5.

Uniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis. J. dei gracia. vpsalensis. archiepiscopus. & L. eadem gracia. Lincopensis, episcopus. & L. episcopus scarensis. & C. episcopus Strenginensis. ac. B. episcopus de fynlandia. Salutem in nomine ihesu christi. Cum insidiosa calumpnia interdum so-leat bone fidei possessores super prediis iusto tytulo conquisitis indebite molestare. permutacionem prediorum laudabiliter initam inter dominum. B. magnificum ducem swethie. ex vna parte. & claustrum de. Guthem. ex al-

*Sv. Diplom.*

46